Quæstio Medica Quodlib. Disput. agit.da In Scho. Medic.rum die Jovis 20 Decemb.

D. Alberto Le febure Doct. Med. Moderatore prudentiss.

An Assumpta Alimenti, vel Medicamenti rationem habent?

Corpus humanum calido humido frigido et sicco (aut si mavis ab officia sumptis nominibus, q. à qualitate) Igne, aere, aqua, terra, elementis sensibilib. (ex quorum tamen mutua actione, et passione quid tandem simul compos. proveniat) actu in ipso corpore post generationem manentibus constatum, vel potius sanguine menstruo seminoq; genitali ille aqueas, terreasq; substantias plus habent, ubi mat. quadam apta concinnaq;, et opificii ad quidvis sequam, hoc igneæ et aereæ magis participant, opificis ratione obtinente compositum, laditur, corrumpiturq; à duplici transmutatione quarum priorem quas nobis congenita et nostras generationis principiis velut radice oritur, evitare non possumus; posteriorem quas aliunde venit declinare possumus, etsi non minus q. illa corpus nostrum conficere possit.

Atq; illius transmutationis (cuius causa nobiscum genita est) tria occurrunt genera siccitas nimirum ab innato calore excitata. sic enim quamvis nos quoad vivimus, alat, tueatur, et rogat nos, tamen ætatum temporumq; decursu proderentem innatae et suo sensu (humidum primigenium depascendo, ad extremum senium mortemq; deducit, deinde perennis triplicis substantias effluxus qui fit partim per sensibiles excretiones, partim per eam quæ ἄδηλος διαπνοὴ appellatur. postremo extremorum provenit, qui idem superavit quod ex genitum aial. nutrivi necesse sit, substantia vero ciborum velis in nutrimentum abire nequit, proinde vitiosum quoddam et superuacaneum dius relinquitur, quod proprie excrementum vocant, cuius quantitas succorum confectorum quantitati respondere debet.

Eius autem transmutationis (cuius causa ex nobis etiamsi non oriatur, extrinsecusq; adveniat, ob idq; externa dicatur) nostrum tamen corpus afficit, duplex quoq; ratio est: nam ex alia non necessario nos immutant, quod eas consilio, et prudentia effugere possumus, cuiusmodi sunt occursus ferarum, et oia quæ contundunt, vulnerant, dividunt de quibus nulla ars constitui potest. aliæ vero corpus nostrum necessario immutant, et afficiunt sic aër nos ambiens qui si immoderatius calefiat, vel frigescat corporum symmetriam confundit et perturbat. somnus quoq; et vigilia si modum excesserint malum. idem de cæteris id genus judicandum. quas si loco, tempore, mensura et qualitate recte adhibeantur sanitatem integram conservant, sic vbi perperam administrantur ipsam de suo gradu deijciunt.

Sed non nostri corporis sbaæ perennj illo effluxu cito dissipentur, à qualitatibusq; nimirum alterentur, in promptu remedia habemus, quibus hanc ruinam procedentem propulsare possumus. primum itaq; cum illi effluxui alimentum quod partibus unde sbaæ effluxisse appareat, sic vero opponit, ut cibo quidquid siccioris sbaæ effluxerit restituatur, potu quidquid humidioris, respiratione arteriarumq; pulsu quidquid aereas, igneasq; sbaæ deperditum est resarciatur, atq; etiam quo maior ille effluxus existit, eo ad symmetriam pristinam retinendam maiorem quoq; alimenti copiam corpus indigere sciendum est. hinc illud senes ieiunium ferunt facillime, secundum hos qui constantem ætatem aguunt, minus adolescentes, minime omnium pueri, atq; inter eos maxime qui alacriores sunt.

Atq; ut cum alterari quæ fit in corpore per qualitates subveniamus eamq; emendemus, non amplius alimentis, minus etiam eisdem toto genere, non sola quantitate deteriorius ab arte aliena, sed medicamentis (cuius est nostram naturam alterare) thesaurum. ac hanc cum nulla qualitas sensi à sbaæ recederi queat, proinde cogimur eas una cum sbaæ assumere, et ista corporibus illis occurrentibus offerre, quas si extremis corripiantur morbis, extremæ exquisite remedia postulam: si vero mediori morbo occupentur, mediorem etiam remedium exposcunt. At si alterare simul et alere consilium est, eam tunc sbaæ exquirimus quas utramq; operam præstare possit, eam nimirum quam cibus, et eam quam medicamentum.

Ergo assumpta Alimenti, vel Medicamenti raonem habent.

Deffendebat Nicolaus Jabot Rhemus. 1584.

Dni Doctores disputaturi.

M. Joannes le Pescheur.	M. Claudius Rebours.	M. Joannes Liebaut.
M. Nicolaus Marant.	M. Bartholomæus Perdulcis.	M. Mauricius de la Corde.
M. Petrus De la Mer.	M. Bonauentura Granger.	M. Joannes Rochon.